Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quibus primus homo in paradyso expoliatus fuerat. sed
aterum p occisum uitulum saginatum. id̄ p passionem
filii dei in baptismo eadem uestimenta recepit. Seruet
igitur hec uestimenta. quisquis grauioribus peccatis non
conmaculat. Quod si hec peccatis impedientibus. et fragi
litate carnis cogente contingerit uiolari. habet adhuc
baptismum secundum quo mundari possit conpunctionem
fontemq; lacrimarum. De quo gemino baptismate psal.
mista dicit. Beati quorum remisse sunt iniquitates.
in baptismate prime regenerationis. et quorum tecta
sunt peccata. p conpunctionem cordis. Est et aliud geni
uestimentum. quo uestiuntur electi. caritas scilicet de
qua dicit iacobus apls. Karitas operit multitudinem
peccatorum. Hoc uestimento erat ille expoliatus.
quem eiecit rex a conspectu nuptiarum. sicut euangeli
testatur dicens. quia rex intrauit ut uideret discum
bentes. et cetera. Beatus g qui custodit uestimenta sua.
id̄ fidem. quam in baptismo p cepit. et innocentiam
uite. et karitatem. cetera sq; uirtutes. ne nudus am
bulet. hoc est ne his expoliatus turpiter cum diabolo
dampnetur. Et uideant turpitudinem eius. id̄ omnibus
appareat peccatum illius. Et congregauit illos in
locum qui hebraice dicitur armageddon. Redit ad ea
que superius pretermisserat de spiritibus inmundis
qui p cesserunt ut reges totius terre. in prelium
conuocarentur. Et quia in tribus unus intelligide
bet. a pluralari numero ad singulare reuertitur
dicens. Congregauit eos in locum. qui hebraice
dicitur armageddon. Tale est et illud euangelii. quando